

Werk

Titel: De Christo Jesu, Beneficiis Et Laudibus Eius, Aliquot Christianae reliquiae veter

Ort: Lipsiae

Jahr: 1652

Kollektion: DigiWunschbuch; VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN690003765

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN690003765>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=690003765>

LOG Id: LOG_0007

LOG Titel: Rustici Elpidii Carmen de Jesu Christi beneficiis

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

*Non mihi si lingua centum sint oraq; centum,
Ferreæ vox, &c.*

Perſius Sat. 5.

*Vatibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere voces,
Centum ora & linguas aptare in carmina centum.*

V. 97. *Te Genitor noſtrâ, pateretur ut ora tueri,
Induit humanâ facie membrisq; caducis.]* ubi tueri
paſſive accipi voluit D. Barthius l. 25. c. 7. ut apud
Boethium.

V. 119. *Agnoscuntq; ſuum dilecta cadavera nomen.]*
Cum diceretur: *Lazare exi forâs.*

V. 143. *At nunc Tu Dominum meritis, pietate parentem,
Imperio facilem, vivendi lege magiſtrum*

Edictisq; parem, quæ lex tibi condita ſancit.] Con-
ſtantinum Magnum, ob merita verè Dominum, ſed
miſericordia Patriæ patrem, leniſſimumq; Impera-
torem, & licet legibus ſolutum, tamen eas, quas edi-
xiſſet, ſervare ſvetum & quæ aliis præcepiſſet, quæ-
que ipſe DEus ſanxiſſet, ſervare ſolitum Salvatori
commendat, ut ipſum ſanum, lætum victorioſumq;
conſervet, & filioſeum faciat exprimere, æmulari &
exæquare.



RUSTICI ELPIDII

*Carmen de JESU CHRISTI be-
neficiis.*

Conditor omnipotens rerû, mens unica ſûm
Et proles æterna Dei: quia gloria Patris
&c Verbi fœcundus honor, quo cœrula Ponti
Dif-

Diffudit, solidavit humum, suspendit Olympū,

5. Quæ loca iussa tenent: etiam discordia fidas
Conservant elementa vices, paretq; recepto
Sole dies, Lunamq; dies pariuntur in ortus
Atq; obitus remeare suos, nec credere luci
Astra negant, propriosq; ferunt ignescere cursus,
10 Et contenta citæ decrefcere cornua Lunæ.

- Hoc verbo, quo tanta fator sibi regna paravit;
Te quoq; regnorum socium natumq; probavit,
Quem pariter connexa tremunt, semperq; paratâ
Ter celebrat laus nostra fidē, quia temporis expers
15 Cum genitore sedes: quid enim tibi defuit unqvâ,
Aut patris plus esse potest, quibus unica semper
Patria majestas dominatur, nomina regnant?
Semper enim socio cultu celebrandus habetur,
Spiritus, imperiumq; gerens, viget una potestas,
20 Tam cœpto, quàm sine carens, idemq; per omnes
Et communis honos meritò, inter tristia terræ
Gessisti cœleste decus, dignatus utraq;
Ostentare vices: nil matris corpore major,
Nil patris virtute minor, nunqvâ ætheris absens,
25 Nunqvâ sumpta semel pro nobis membra relin-
quens,

- Semper ubiq; potens, adsis precor, & mea ductor
Corda regas, animæq; animos & gaudia dones,
Expugnare luem vitiorum & vincere tandem
Si quid pravus amor, si quid ferus imperat ardor.
30 Quicquid turpe loqui, quicquid cōmittere sævū,
Quod mihi vel cuiqvâ noceat, quod morib9 obster,
Vinctaq; perpetuis captivet pectora pœnis;
Lapsibus indulgens veniâ, quos primus in omnem

Servandi leges, & vitæ providus auctor,
35 Judicio miserante leves. Ut mitius angar:
Pœniteat peccâsse tibi, & tibi corrigar obles,
Parcendi vindicta reis, cape munera, quæso,
Oris egena mei, nil dignum laude canentis;
Vota magis, quàm dona probes, nec vatibus istas
40 Annumeres fandi doctas erroribus artes,
Quos Aganippææ Permessius accola lymphæ,
Hausto fonte ciens vana dulcedine captæ
Pabula mentis habet, seseq; oblectat inani
Murmure, quo blandi sit pollens carminis ore.
45 Hinc etiam nostro nugata est schema dolori,
Garrula mendosis fingens satyromata Musis,
Falleret ut trepidos cantatrix pagina questus:
At tibi mens confessa patet, tibi fundit anhelans
Seria lingua preces, & sobria verba fatigat.
50 Tu Dominus, tu verus honos ac gloria perpes,
Atq; opifex rerum, tu spes manifesta reducta
Exemplumq; capax animæ: tu victor & hæres
Corporis occidui, post membra superstes & idem
Post inferna Deus, & post mortalia vivus.
55 Tu divina salus, strepitus miseratus amarus
Ac morbos furiasq; dolens, & crimina læsi
Sanguinis, in nostros passus descendere visus,
Atq; hominem miscere Deo, mox conscia veri
Exhibuit documenta fides, prædictaq; priscis
60 Temporibus, stupuit miracula subditus orbis.
Et cui terra jacet, pelagus filet, atq; coruscis
Obsequiis servire minor vix sufficit æther,
Calcatisq; celer famulatur nubibus axis;
Hunc gravidante Deo mortalis nescia foetus,

65 Virginitas foecunda tulit, partuq; pudico
Expletum est pietatis opus. nec enim ederet ortu
Vulgaris natura novum, coramq; pateret
Majestatis apex, si nil mirabile terris,
Ignotumq; daret, nec tanti pignore foetus
70 Enituere simul, nam claro sidere mundus
Irradians, rutilae lucis cognovit honorem,
Auctorem peperisse suum, qui nobilis aevi
Inchoamenta gerens, fragiles processit in artus.

Protinga assumptis tolerans data tempora mem-

75 Qv̄e nil ante fuit, nec n. extat origo creati (bris,
Principii, nasci quod post Deus omnia posset,
Qv̄a genuit cum patre, & cum spiramine magno
Et triplex in laude viget, semperq; vigebit.
Excoluit divina piis cunabula sancta,

80 Fulgentem super astra videns, quem terra levavit,
Gens Chaldaea Deum, cum sanctae praedita flammae
Lumine, monstratumq; polis prosecuta nitorem,
Promeruit te nosse prior, ventura dicatis
Per speciem documenta ferens, dat munera: Regi

85 Divitias, dat thura Deo, myrrhamq; sepulcro.
Illic omniparis succrevit gloria Verbi,
Lataq; vina thoris, & fercula reddita mensis
Obstupuit populus cumulatis lancibus hospes,
Pronuba congestis dapibus convivia ducens.

90 Tu tenui tactu tenebrae frontis inanes
Jussisti lucere sinus, ruptisq; latebris
Conceptos gaudere dies, ac nocte fugata
Monstrifici vultus, fecisti lumina caeco.

Per te summe Pater, vulsis compagibus aeger

95 Vix anima residente redit, quia mortua funus

Ossa trahens, Verbi sanus virtute, receptis
Viribus exiit: nam jam qui lapsa movere
Non poterat, duro subjecit colla grabato.

Tu morbos cohibere potens, pulsisq; sepulchri
700 Luctibus, atq; animis vitæ revocare cadaver,

Et contracta trucid calcare repagula lethi,
Unius ut vultu redeunte, capefferet orbis,
Quid cunctis conferre suis tua dextra pararit.

Nec nobis fundâsse solum, gravidâsse nouales,
705 Effudisse comas sylvis, & gramina prætis,

Subjecisse feras, varios renovâsse liquores,
Alitibus referâsse auras, & piscibus undas
Contentus, nostrumq; genus ratione sagaci
Et forti munisse manu, perq; astra levatum

710 Erexisse caput, motus manantibus olim

Das venis, primi medicata labe reatus,
Extinctas animas, & corpora functa reducis
In coelum, legesq; pias: non svavibus herbis
Messis & emeritæ, nec mollis vestis honore,

715 Fulgida Sidonii quam polluit unda veneni,
Pellibus aut Libycis redimens aut mercibus
Indis,

Progeniem stirpemq; tuam, sed sanguine sacro
Et prærio magno donas, qui lubrica mores
Inter membra doces, ut vitam reddere posses,

720 Vicisti culpas meritæ pro crimine carnis,

Laudem carnis agens, per tot contagia purus,
Proq; homine exultans, hominis perferre dolores
Et mortera pro morte pati, persolvere signum
Culminis ætherei, pro nostri funere ligni.

725 Ex quo poena prior naturæ jura momordit,

Rum.

Rumpentis monitus, & iussa verenda parentis,
 Artificisq; sui, cui jugiter esse precandum
 Extensis manibus, mœrenti in funere tenæ
 Monstravêre manus, ut vivax gloria terris
 130 Assereret, tormenta crucis nec quisq; recuset
 Pro Domino tolerare libens, constantibus ulnis,
 Quod Dominus pro plebe tulit: nec dicere fas est
 Sensibus exiguis, quanto celebratur honore
 Gratia, quæ sacri referens penetralia fontis,
 135 Provocat ad veniam cunctos, meliusq; renasci
 Posse dedit, superasq; fores & limina pandit,
 Ad mundi potioris iter, regnumq; perenne
 Cœlestis patriæ: jam non hîc arida febris,
 Non sitis, aut violenta fames, non flâma timoris,
 140 Nec bellum, nec morbus erit, nec iniqua potestas
 Sæviet, aut ferro quisquam exercebit adempto
 Jus sceleris, raptorvê nocens dominabitur ullus
 Sancta sede, pii portabunt præmia mores,
 Et fidus splendet amor, viridisq; juvenus,
 145 Non reptans tacitos infantia conteret annos,
 Curva nec exucto sulcabitur ore senectus:
 Sola quies læta in stabili lætabitur ævo.
 Credimus & placida Domini pietate fruemur,
 Hic quoq; justitiæ, & sperantes munera vitæ.

NOTA AD RUSTICI HELPIDII

CARMEN!

V. 5. *Discordia fidas conservant elementa vices.*] Sic
 Ovidius i. Metamorph. (quem & Licentius imitatus
 est) *concors discordia fatibus apta est.* V. Barb. I. XVII.
 Adv. c. 18. *ut at hinc Helpidii versus Rupe. ad*
Vell. p. n. 193. C. Ibid.

Ibid. *Paretq; recepto Sole dies*] id est, Apparet.
Barth. lib. 26. c. 9. Pro dies maluit *quies* i. e. tempus
nocturnum. Ita *paret* esset pro *disparet*, quod nul-
libi fortassis invenias. Neq; tamen usq; adeò abso-
na est (ceu ipsi quidem visa est) vocis *dier* geminatio;
nam quemadmodū dies quidem Sole recepto com-
parent, ita vicissim iidem patiuntur Lunam in ortus
atq; obitus suos remeare i. e. noctem fieri.

V. 13. *Quem pariter connexa tremunt.*] Fortè legen-
dum: *Convexa tremunt.*

V. 15. *Quid enim tibi defuit unquam, aut Patri plus
esse potest?*] Ita lego. Nam quemadmodum Filio ni-
hil deest: ita Patri nihil superest, quod non simul sit
& filio.

Et statim corrigo: *Quibus uvicā semper
Patria majestas domina, & tua nomina regnant.*

Semper item socio cultu celebrandus habetur

Spiritus: Imperiūq; gerens viget una potestas.] Sed *Bar-
thius* l. 26. c. 9. de SS. Trinitatis potestate sermonem
fieri videns, ita emendavit: *Per tria majestas domina-
tur nomina regnans*, quamvis ultima non apposuerit.
Nominat disertè patrem & Spiritum S. Deum verò
filium alloquitur.

V. 30. *Quicquid turpe loqui, quicquid committere
scævum.*] quod malim pro *sevum*.

V. 32. *Vinctaq; perpetuis captivet pectora pœnis.*] *Barth.*
lib. LVI. c. 5. Impiorum pectora doctissimus
Poëta vinciri in perpetuas pœnas dicit, quomodo a-
libi dixerat protoplastos pœnarum famulos, quales
fervi *pœne dati*] Cui dicuntur, qui veluti in perpetua
tormenta abdicati libertatis omnem spem amiserunt,

runt, aut ad metalla damnati, aut bestiarum pugnis
destinati. *Captivare*, est verbū Latinis Patr. familiare.

V. 33. *Lapsibus indulgens veniam.*] Ita *Barthius* loco
citato cap. 9. lib. 27. addens, quòd alias impius sen-
sus sit secuturus, cum non lapsibus indulgeat DEUS,
sed iis venia. Sed quod idem *Barthius* reliqua
pro usq; adeò claris & liquidis habuit, nobis non i-
dem beneficium contigit. Videtur namq; omninò
versus aliquis deesse in hunc sensum:

— *Quos (lapsos) primus in omnem
Deduxit sobolem transgressor, at alter Adamus &c.*

Sic jam cum sequentibus versibus cohærebit.

V. 36. Ita scripsit & distinxit *Barthius*:

— — *Tibi corrigar obses,*

Parcendi vindicta, reus: Cape m. q. ita ut Reus dica-
tur vindicta parcendi, quia cum obses fiat delicti sui
per confessionem, cogat ad parcendum Deum, quod
Barthius vocat elegantiam, & dignum hoc poëtâ
bono acumen. Sed quæ mea est rusticitas & stupor,
Rusticum sic ego nunquam intellexerim. Malim ergo
ita distingvere:

Tibi corrigar, Obses,

Parcendi vindicta reis. ut ipsum Salvatorem vocet
obsidem humani generis & Vindictam, non quâ vitia
ulciscatur Pater, quàm talē, quâ manumittantur et-
iam rei & pessimi servi, atq; ita ipse quoq; sit vindi-
cta parcendi reis, ab altera illa priori distincta.

V. 39. & seq. idem *Barthius*: *nec Vatribus istas*

Annumeres fandi doctas erroneas artes,

Vates paganos eo nomine censens; Sed tamen vul-
garis lectio eidem non videtur planè displicuisse,

hâc quidem sententiâ: *nec istas artes erroribus fandi
doctas*, id est, ne tolutiloquentias rhetorum, seducere
doctas annumeres Vatibus.

V. 46. *Satyromata*.] hanc vocem nemini antè usur-
patam fingere sibi permisit *Rustius*, quàm illustravit
Casaubonus in libris de Satyra. *Barthius* loco cit. Pu-
tavit autem *Georg. Fabricius* loco hisce carminibus
præfixo, consolationem quandam fuisse doloris sui
Philosophicam, qualis etiam *Boëthii* esset, idèò nu-
gas & mendosas Musas scriptum suum appellasse.

V. 53. *Barthius* L. c. 5. legit: *Heres corporis occiduis idè
est post membra superstes*.] Ut hæres sit iis, quæ in
eo occidua, h. e. mortalia erant, supervivat autem
post membra sepulta, sicuti *Claudianus* *Mgmertus*

Meruit tria vivere lustra superstes

Annis ipse suis. Et *Claudianus* IV. Consulat.

Hon. *Lucretius*, sibi jam rara superstes. *Tacitus* vitâ A-
gricolæ: *Pauci & ut ita dicam, non modò aliorum sed
etiam nostri superstites, sumus*. 3

V. 70. *Barthius* XXVI, 9. legit: *Nec tanti pignora foris
Delituere simul*. Non enim sine indicio sum-
mi honoris & signo majestatis divinæ vel stella illa
mirabilis divinæ nativitati alluxit. Pro simul ta-
men amicus vidit scribendum *sinu* virginis matris,

nam & hoc miraculosi ortus manifestum erat testi-
monium. Ut simillimè scripserit *Auctor incerti
carminis de laudibus Domini*:

Ne tamen insignem res nulla ostenderet ortum,

Virgine conciperis. Cui propterea & hunc *Rusti-
cum Elpidium* statim dedit auctorem illi Poëmatio.

V. 73. *Inchoamenta* tertiam syllabam naturâ pro-
ductam

ductam corripuit, neq; Crasi fortassis excusandam.

V. 95. *Æger vix anima credit, quin mortua funus
Ossa trabens*] *Barth.* l. 10. c. 6 & l. 13. c. 14. & l. 54. c. 1.
*Funus h. e. cadaver ipsum. Optatus Afre lib. 2. contra
Parmenianum unicuiq; sepulcro sufficit suum funus.*

V. 97. — *Nam jam qui lapsa movere*

Non poterat, duro subjecit colla grabato.]

Ita correxit *Barthius* lib. 44. c. 19. addens, vulgò per-
ineptè hîc legi *manere*: & hinc videri *grabatum* ta-
lem lectum fuisse, qui ab uno homine portari pos-
set, quem vilem appellet *Septimius Serenus* in *Moreto*:

Membra levat vili sensim demissa grabato.

V. 100. *Barthius*: *Luctibus atq; nimis vitæ revocare
cadaver.*] Ita *Barthius* quidem correxit lib. 26. c. 9. Sed
nequicquam, & sepulcri *riētibus* videtur legisse pro
infernī portis.

V. 110. — — *Motus manantibus olim*

Sub venis, primi medicatâ labe reatûs,

Extinctasq; animas & corpora functa reducis & c.] E-
mendaveram prius: *motus m. o. Das venis*, sed meliùs
ita, ut scripta extabat, unig voculæ *subvenis*, quæ aliàs
syllabâ ultimâ peccavisset, divulsione integritatē &
sensum puto huic loco restitui, qui talis est: quòd
Christus non contentus, vivos homines elato capite
creâsse, sed quoq; primi reatûs abolitâ labe, corpo-
ribus jam olim functis motus restituerit sub venis
manantibus sanguine ceu vehiculo animæ reducis.
Frustra igitur est, *Barthius* p. 1267. *motus manantibus*
non putat esse sana, sed scribendum *obitus adaman-*
tibus i. e. perniciem suam diligentibus vel *monitus*
migrantibus i. e. divina jussa conculcantibus & super-
gressis.

V. 115. *Fulgida Sidonii quam polluit unda veneni*] *Polluit, tinxit. Sidonii unda veneni.*] i.e. purpurei coloris tinctura. Alcimus lib. 6.

Nec te Sidonium bis cocti muricis ostrum Induit.

V. 118. — — *Sed sanguine sacro*

Et pretio magno donas, qui lubrica mortes

Inter membra doces, ut vitam reddere posses.] Sicutiq; egregie docet, quomodo Christus fragili & mortali corpore moriens ostenderit, ut posset vitam reddere.

V. 121. *Proq; homine exultans hominis perferre dolores,*
Et mortem pro morte pati, & persolvere lignum

Nominis atherei pro nostri funere ligni.] Hoc quidem pacto intelligi posse puto hosce versiculos, ubi quod non *pro homine*, sed *pro sit* legendum, sequentes duo versiculi evincunt. Et sicuti mortem pro morte, & dolores hominis pro homine pertulit: ita pariter *pro nostri ligni funere lignum* i. e. chirographum, quod contra nos erat, auferens, nomen & debitum nostrum atherio Patri pro nobis persolvit.

V. 138. *Barthius* lib. 26. c. 9. emaculat:

— — *Jam non hic aridida febris*

quod probum & Latinum verbum febrī convenire potius censuit; sed & *arida* bene eadem vocabitur.

V. 140. — *Nec iniqua potestas seviet &c.*] V. *Barthius* lib. 47. c. 11. Quod de tyrannis dictum, qui juris sese dominos autumant, cum nihil non permittant libidini suae etiam contra jus & fas omne. *Josephus de Herode* libro XVII. *Antiquit. c. X. vita defunctus est, vir in omnes ex aequo servus, irae servus, juris Dominus, fortuna propitiā usus si quis alius.*

EJUSD.